Sententia definitiva Semovithi ducis Masoviae in causa inter Nicolaum Episcopum Posnaniensem et Mathiam de Stubicza respectu deoccupatae per eundem Mathiam advocatiae in Iamno quondam iusto titulo et pecunia per se comparatae ut recepta pecunia ab Eppo aliam sibi advocatiam compararet de Data in Plocko in die B. agnetis virginis Anno ——— 1381

Privilegium recognitionis Nicolai Eppi coram Stephano de Iasieniecz Capitaneo Masoviae Generali quod ad tenorem sententiae definitivae Semoviti ducis Masoviae 13 Marcas Thorun: Mathiae de Stubicza pro advocatia in Jamno enumeraverit de Dat in Iamno die 16. Januarii ——— Aº 1381

113 Privilegium Serenissimi Ludowici Regis Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Rasiae, Serviae, Galiciae Ludomeriae, Cumaniae et Bulgariae, Principis Salernitani, et honoris montis S. Angeli domini super libertate omnium bonorum Episcopalium Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum ab omnibus exactionibus servitiis, solutionibus collectis a sep[..] hoc tamen excepto quod tempore expeditionis bellicae, extra Regnum, dum

modo suum sortiretur affectum, Subsidium Charitativum libere ab Eppis postulare licitum erit, Si vero expeditio non fuerit effectuata, et subsidium iam alias importatum fuerit tunc pro altera simili expeditione occurrente nihil Eppi contribuere tenebuntur Sub Actum Cracoviae in die Sti Andreae Apli Aº 1381

Semoviti Ducis Masoviae vigore cujus Strenuus Andreas haeres in Korabiewice Joanni alias Iasiek Rutheno dicto de Mszczonowo familiari suo et filiis ejus duos mansos agrorum mensura Culmen cum area libera in piscina in summitate piscinae Plebanalis in Mszczonow dedit donavit cum propinatione et aliis Sub Datum in Plocko dnico 3tii.. parte certis Anno Domini 1381

Semovithi Ducis Masoviae vigore cujus spatium terrae ducalis sive Sors Circa ipsam Ecclesiam Mszczonoviensem Circumquaque adjacens & ad antiquam Aream sive fundum Ecclesiae Mszczonowiensis adjuncta et incorporata etiam pro locandis hominibus Mechanicis et propinatione exercenda &c et cum facultate locationis hominum jure Theutonico ac libera succisura in piscatura Sub Actum et Datum in Sochaczew in vigilia Nativitatis domini Anno ejusdem 1381

Privilegium Semovitti Ducis Masoviae quo mediante quamvis antiquae granities villae Grdowo a vado antiquo alias od brodu starego currenti in medio villae Ducalis Zathor dictae limitabant ipsam villam Zator, a villa Grdowo quia tamen martinus plebanus agros dictae suae villae Grdowo inter dictum vadum antiquum et novas granities circa stratam publicam consistentes, et ante villam Zator lupatas pro melioratione bonorum ducalium ad ipsam villam Zator pertinere dimisit et consensit, id circo praefatus dux volens Ecclesiam Mszczonoviensem amplioribus prosequi favoribus, spatium terrae suae sive sortem circa ipsam Ecclesiam Mszczonoviensem circaquam que adjacentem ab area sive domibus ad vocati Mszczonoviensis incipiendo deorsum ad occidendum tendendo et circa piscinam usque per viam stratam quae tendit de mszczonowo in Wiskitki et universa eadem via redeundo in Mszczonow et per vicum eundo versus Ecclesiam praedictam tendentes circumferentialiter memoratae Ecclesiae donat et ad antiquam aream sive fundum ipsius Ecclesiae dudum per praedecessores suos datam adjungit, cum potestate in eadem area homines quoscunque locandi fora mercaturas labores mechanicos et propina

tiones

quas cumque exercendi citra impedimentum qualiscunque personae insuper dictae Ecclesiae Mszczonovien. et Rectoribus suis libera pascua et communia cum Oppidanis praeustodiantur molendinum aquaticum in Zator donatur scissura arborum libera determinantur Struendi piscinas circa Granities Korablewicze et formandi aggeres facultas plebano datur. Libera piscatura in piscinis Mszczonovien. quolibet die Veneris pro mensa plebani conceditur. De Datum in Sochaczew in Vigilia nativitatis Domini Anno ejusdem 1381

Privilegium a Semovito Duce Masoviae Duci emanati virtute cujus donationem duorum mansorum agri inter agros oppidanorum Mszczonovien. jacentium et piscinae in summitate piscinae Plebanalis in Mszczonowo sitae per Strenuum Andream de Korablewice haeredem Succamerarium Ploensem in personam Joannis Rutheni dicti factam aprobat. De Datum in Plocko die Dominicae Festi S. Pentecostis. Praesentibus circa praemissa Stephano Capitaneo et Succamerario Gostinen. Martino Vice Cancellario Canonico Ploen.

Anno —— 1381